



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. II. Sævitia. Asperitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

mutant, l. 63. §. ult. ff. pro soc. nec etiam alienari possunt excepta causa redemptionis famis, aut magni aeris exsolvendis, §. 8. Inst. de rer. divis. l. sancimus 21. C. de SS. Eccles. cum factum rei sacra vel religiose sit irrevocabile, Bartol. in l. si ita quis promiserit §. ead. Lege. Cod. de condit. ob causam. vers. aut non servat. Laurentius Tennin. cautel. 414. num. 3.

CAP. II. Sævitia. Asperitas.

Axioma I.

Sævitia immanis, crudelitas & abusus potestatis per omnes vitæ gradus est prohibita, Myns. 5. obs. 8. id quod late & eleganter deducit Zachar. Victor de execut. conclus. 14. Ritter de homagio cap. 8. pag. 211. Sic patronus, si clientis fraudem fecerat censoria nota, sacer erat, Hælicarnass. lib. 2. Cic. de divinaz. In herili potestate invila fuit Jovi sævitia domini, teste Livio. Ac propterea servus sævitia famis obsecratione pressus venire iussus est. l. 1. §. 2. ff. de his qui sui vel alien. jur. l. 1. §. 8. ff. de offic. prefet. urb. l. 24. solut. matr. l. 1. C. de emend. serv. & pater etiam vitam, quam filio dederat, eripere quondam impune poterat, l. 11. de liber. & postb. l. fin. C. de patr. potest. postmodum tamen ob sævitiam emancipare cogebatur, l. fin. ff. si quis à patre manumiss. l. 1. §. fin. ff. de liber. exhibend. l. 5. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. l. unic. C. de emendat. propinq. l. 3. l. 4. Cod. de patr. potest. l. si Lenones 12. Cod. de Episcop. audient. Sic præceptoris animorum parentis, l. Aquilius 27. ff. de donat. sævitia culpæ annumerari solet, l. 3. §. si magister. l. 6. ff. ad Leg. Aquil. l. item queritur 13. §. Julius 4. ff. locat. Sic in matrimonii vinculo choros propter asperitatem scinditur, nullo alioquin ente solvendus, cap. ex transmissa 8. ubi Panormit. de reslit. spoliat. Mayius ex Rolando à Valle part. 2. ad ju. Lubec. tit. 2. artic. 12. num. 438. Borcholt. conf. 16. Fachin. vol. 1. conf. 42. Natt. conf. 616. Gravæus lib. 1. conclus. 17. confid. 3. vid. tamen Carpzov. 3. constit. 26. def. 6. etiam iudicibus immodicè ferocientibus fræni temperies est adhibita, l. 2. C. de custod. reor. Vassalus quoque ob violenta ludibria patronali solvitur imperio, Papon. tit. de Principe. numer. 57. Zoanni. de duplic. venat. numer. 75. Beult. in l. admonendi. ff. de iurejur. numer. 1114. Chopin. 2. doman. lib. 8. numer. 10. Lud. Fasch. conf. 1. num. 20. Grammat. decis. 104. numer. 13. Maltril. deced. 13. num. 18. Summa sæpe ea est in causa, ut à regulis juris communis recedamus. Unde & socio, à societate etiam ante tempus recedere, ob immodicam socii sævitiam concessum esse, textus est in l. si convenerit 14. ff. pro soc. confer Menochium 2. arb. judic. cas. 138. Pacian. 1. confil. 86. num. 9. cum seqq.

II.

Sævitia in propriis (servis, liberis) culpanda, in alienis coercenda est, l. 24. §. 5. solut. matrimo.

CAP. III. Salarium.

Axioma I.

Salaria ad facundiam Advocatorum sunt computanda, l. 2. §. 10. de extraordin. cognit. nec imminuenda, l. 12. §. 2. ibique Gilcken. C. de SS. Eccles. Notabile eam in rem est exemplum, quod refert Carol. Molin. in regul. Cancellar. ad regul. de verisimilitudine. num. 53. Jacobus Marescotus (inquit) doctissimus & experientissimus Advocatus in Senatu Parisiensi, tempore Caroli VII. Ludovici XI. & Caroli VIII. ob breves quasdam & eruditæ rationes juris, quas salvationes vocant, cum imperitus clientulus impat. salarium offerret, honestè renuit (dicens) se tantum id accepturum, quod ob id in casum victoriæ taxaretur: Cum autem clientulus victoriam obtinisset, & in taxandis expensis litis de hoc articulo ad Senatum referretur, taxatæ sunt ei sexaginta libræ Parisienses, habita ratione non ad brevem, sed ad doctam & resolutoriam scripturam, modumque litis & eminentem scientiam Advocati, & fuit splendendum & pro consuetudine illius temporis ut amplissimum, ita rarissimum honorarium: quo pertinet & hoc, quod sublimes & literatæ personæ majoribus etiam beneficiis sint honorandæ, cap. de multa 28. de præbend. Hinc Alexandrum Severum Imperatorem Assessoribus salaria constituisse, perhibet Gothofr. ad l. 1. C. de Assessor. & Medic. & Jasonem habuisse à Rege Francorum in annum stipendium mille ducentos thaleros, ex Chassan. in Catalog. glor. mundi. pro. confid. 27. notat Honthem. 1. de art. Notar. cap. 34. n. 19. confer & ea quæ habet de salariis Advocatorum Umm. disput. 2. thes. 10. process. Judiciar. & de salariis & honorariis annuis quorumcumque Advocatorum, non tantum iis, quæ à Principe præbentur, sed & quæ à privatis constituuntur, l. 38. in fin. ff. locat. l. 11. §. 9. vers. honorariis de Judic. Bald. in l. unic. n. 7. C. de suffrag. Myns. 3. observ. 8. Gail. 1. observ. 44. n. 12. Rauchbar. quas. 25. lib. 1. Unde etiam & tutor præceptoribus pupilli non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonii & pro dignitate natalium constituere dicitur l. 12. §. 3. de admin. tutor.

II.

Salarii vox honestior est quam mercedis, & eadem quæ honorarii seu honoris prorsus. Idque etiam accipitur non tanquam merces, sed tanquam ἀντίδοτον, si exigendum sit ab ingratiss, non ex locato, sed extra ordinem per Prætorem aut Præsidentem postulatur, non per Judicem datum jure ordinario, prout hæc de mandatariis & similibus aliis effert Cujac. ad Paul. in l. 4. si mentor. fals. mod. dix. quin & salarium incerta pollicitatione neque extra ordinem, neque iudicio mandati rectè petitur. l. per mutuum 56. §. salarium 3. mandat. l. salarium. 17. C. eod.

III.

Judex salarium exigens non dicitur vendere iudicia, cap. tributum 23. quæst. ult. Vasq. lib. 2. contr. jur. cap. 37. n. 32.

(Y) 2

IV. Quo.